



Λ. C. εὐ πράττειν.

CUM primum animum solidioribus applicamus Studiis, eò nos perventuros arroganter speramus, ut quævis rationi nostræ objecta intimius scrutari liceat. Sed, quò profundius quis Scientiarum penetraverit adyta, eò clarius quotidie discit, falsâ se spe deludi, nec ullum hominis ingenium huic operi sufficere. Socrates, ipsò Oraculi oraculo ἀνθρώπων ἀπάντων σοφώτατος, diu multumque Res Naturales scrutatus, conclusit tandem: εἰδέναι μηδέν, πλὴν αὐτὸ τῆτο εἰδέναι. Imò, si fides Sexto Empirico habenda, ignoravit quidnam ipse sit, & quomodo se habeat ad universitatem. Ego enim, inquit, nescio an sim homo, an alia aliqua fera Typhone magis multiplex ac varia. Longius adhuc, testante denuo Laërtio, progressi sunt Anaxagoras, cognomen-

Plin. L. VII.

C. 31. & 34.

Diog. La-

ërt. Lib. II.

p. m. 109.

adversus

Mathemat.

L. I. de Phi-

los. p. 186. &

L. II. Pyrrh.

Hipoth. C.

ς. p. 56.

L. IX. p. 667.